earum. וְעֵבֶד uerbum uestrū, mascul. וְרַבְבָּס uerbum uestrum, fœm. Solent tamen accētus, pafec, æthnahtha, rebia & zakeph paruum, ultimū scheua mutare in saegol. ut רְבִנָּה pro רְבִנָּה &c. Inuenitur etiam עֲזֹרָה auxilium eius, pro עֲזֹרָה Et אָוֹרָה pro lumē ei⁹. In plurali וְרַבְבָּי ueverba; inde וְרַבְבָּי ueverba eius, mas. וְרַבְבָּי ueverba eius, fœm. וְרַבְבָּי ueverba tua, mas. וְרַבְבָּי ueverba tua, fœm. וְרַבְבָּי ueverba mea, com munis g. וְרַבְבָּי ueverba eorū. ueverba earum. וְרַבְבָּס ueverba uestra, mas. וְרַבְבָּי ueverba uestra, fœ. וְרַבְבָּי ueverba nostra, communis generis.

Exemplar affixorum cum nomine fœm. gen.

חֹרֶה Lex. חֹרֶה lex mea, com munis g. חֹרֶה lex tua, mas. חֹרֶה lex tua, fœm. חֹרֶה lex eius, mas. חֹרֶה lex eius, fœm.

תָּנוּ

AVTORE SEBAST. MVNST.

חֹרֶה lex nostra, com. g. חֹרֶה lex uestra, mas. חֹרֶה lex uestra, fœm. חֹרֶה lex eorum. lex earum. Plur. חֹרֶות leges.

חֹרֶה leges eius, mas. leges eius, fœm. leges tuæ, mascul. leges tuæ, fœm. leges meæ, com. gen. leges eorū. leges earum. חֹרֶה leges uestræ, mas. leges uestræ, fœ. leges nostræ, com. gen.

Exemplar affixorum cum ue
bo, secundum diuersas eius

personas & tempora,

Visitauit, in masculino gen.
פָּקָרֶה פָּקָרֶה uel פָּקָרֶה visitauit eū. פָּקָרֶה visitauit eam. פָּקָרֶה visitauit te, mas. פָּקָרֶה visitauit te, fœm. פָּקָרֶם פָּקָרֶם visitauit me, com. g. uel visitauit eos. פָּקָרֶן פָּקָרֶן visitauit eas. uel visitauit in uos.

INSTITVTIO HEBRAEA

uisitauit uos, fœm.
uisitauit nos, comunit generis.
uisitasti, masc.
uisitasti eum. uel uisitasti eam.
uisitasti te, masc.
tasti me. uel uisitasti eos.
uisitasti eas.
uisitasti nos.

uisitaui, com.gen.
uisitaui eum. uel uisitaui eam.
uisitaui te, masc.
uisitaui te, fœm.
uisitaui me. uel uisitaui eos.
uisitaui eas.
uisitaui uos.

uisitauerunt, com.gen.
uisitauerunt eum. uel uisitauerunt eam.
uisitauerunt te, masc.
uisitauerunt te, fœm.
uisitauerunt me. uel uisitauerunt eos.
uisitauerunt eas.

uisita-

AVTORE SEBAST. MVNST.

uisitauerunt uos. uisita-
stis eum. uisita-
stis ea. uisita-
stis me. uisita-
stis eos. uisita-
stis uos. uisita-
stis nos.

uisitaui-
mus, com.gen.
uisitaui-
mus eum. uisitaui-
mus te, masc.
uisitaui-
mus te, fœm.
uisitaui-
mus eos. uisitaui-
mus eas.

uisitaui-
mus nos.

uisita-
stis, fœm.gen.

uisita-
stis eum : & cætera. Hæc
affixorum formatio in nullo differt à

INSTITVTO HEBRAEA

ptima persona פְּקֻדָּתִי

uisitans te, scilicet uir. פְּקֻדָּתֵנוּ uisitatis, fœm. gen.

Hæc persona recipit affixa nō secus quam פְּקֻדָּת secunda masculina.

Forma affixorum cū uerbis præfentis temporis mas. gen.

פְּקֹדֶךְ uisitans, scilicet uir. פְּקֹדַה uel uisitans eū, uel uisitator eius. פְּקֹדַת uisitans eam. פְּקֹדַן uisitans te, mas. פְּקֹדַן uisitans te, fœm. פְּקֹדַן uisitās me. פְּקֹדַן uisitans eos. פְּקֹדַן uisitans uos, mas. פְּקֹדַנוּ uisitans nos.

uisitantes, mas. gen.

uisitantes eum. פְּקֹדַנִּים uisitantes eam. פְּקֹדַנִּים uisitantes te. פְּקֹדַנִּים uisitantes me. פְּקֹדַנִּים uel uisitantes eos. פְּקֹדַנִּים uisitantes uos.

uisitans, fœm. gen.

uisitans eum. פְּקֹדַתִּים uisitatis פְּקֹדַתִּים eam.

AVTORE SEBAST. MVNST.

eam. פְּקֹדַתִּים uisitans te, mas. פְּקֹדַתִּים uisitans te, fœm. פְּקֹדַתִּים uisitans me. פְּקֹדַתִּים uel פְּקֹדַתִּים uisitans eos. פְּקֹדַתִּים uisitans uos. פְּקֹדַתִּים uisitans nos.

uisitantes, fœm. gen.

uisitantes eum. פְּקֹדַתִּים uisitantes eam. פְּקֹדַתִּים uisitantes te, mas. פְּקֹדַתִּים uisitantes te, fœm. פְּקֹדַתִּים uisitantes me. פְּקֹדַתִּים uisitantes eos. פְּקֹדַתִּים uisitantes uos. פְּקֹדַתִּים uisitantes nos.

Forma affixorum cū participio
præteriti temporis.

פְּקֹדֶךְ Visitatus. פְּקֹדַה uisitatus eius, mas. פְּקֹדַת uisitatus eius, fœm. פְּקֹדַן uisitatus tuus, mas. פְּקֹדַן uisitatus tuus, fœm. פְּקֹדַנוּ uisitatus meus. פְּקֹדַם uisitatus corum. פְּקֹדַנוּ uisitatus uester. פְּקֹדַת uisitatus noster.

פְּקֹדַת m ,

INSTITVTIO HEBRAEA

פְּקֻדּוֹת uisitati.

פְּקֻדּוֹת uisitati eius, mas. פְּקֻדּוֹת uisitati eius, fœm. פְּקֻדּוֹת uisitati tui, mas. פְּקֻדּוֹת uisitati tui, fœm. פְּקֻדּוֹת uisitati tui mei. פְּקֻדּוֹת uel uisitati eorum. פְּקֻדּוֹת uestri. פְּקֻדּוֹת uisitati nostri.

פְּקֻדּוֹת uisitata.

פְּקֻדּוֹת uisitata eius, mas. פְּקֻדּוֹת uisitata eius, fœ. פְּקֻדּוֹת uisitata tua, mas. פְּקֻדּוֹת uisitata tua, fœ. פְּקֻדּוֹת uisitata mea. פְּקֻדּוֹת uel uisitata eorum. פְּקֻדּוֹת uisitata uestra. פְּקֻדּוֹת uisitata nostra.

פְּקֻדּוֹת uisitatae.

פְּקֻדּוֹת uisitatæ eius, mas. פְּקֻדּוֹת uisitatæ eius, fœm. פְּקֻדּוֹת uisitatæ tui, mas. פְּקֻדּוֹת uisitatæ tui, fœ. פְּקֻדּוֹת uisitatæ meæ. פְּקֻדּוֹת uel uisitatæ eorum. פְּקֻדּוֹת uisitatæ eorū. פְּקֻדּוֹת uisitatæ uestræ. פְּקֻדּוֹת tæ nostræ.

Forma

AVTORE SEBAST. MVNST.

Forma affixorum cum im-
peratiuo,masc.gen.

פְּקֻדּוֹת uel פְּקֻדּוֹת Visita. פְּקֻדּוֹת uel פְּקֻדּוֹת uisita eum. פְּקֻדּוֹת uisita ea. פְּקֻדּוֹת uisita me. פְּקֻדּוֹת uel פְּקֻדּוֹת uisita eos. פְּקֻדּוֹת uisita nos.

פְּקֻדּוֹת uisitate,mas.gen.

פְּקֻדּוֹת uel פְּקֻדּוֹת uisitate eū. פְּקֻדּוֹת uel פְּקֻדּוֹת uisitate eam. פְּקֻדּוֹת uel פְּקֻדּוֹת uisitate me. פְּקֻדּוֹת uel פְּקֻדּוֹת uisitate eos. פְּקֻדּוֹת uisitate nos.

פְּקֻדּוֹת uisita, fœm.gen.

פְּקֻדּוֹת uisita eum. פְּקֻדּוֹת uisita eau. פְּקֻדּוֹת uisita me. פְּקֻדּוֹת uisita eos. פְּקֻדּוֹת uisita eas. פְּקֻדּוֹת uisita nos.

פְּקֻדּוֹת uisitate, fœmi-

nini generis.

Hæc persona pluralis non recipit af-
fixa, sed loco eius utimur פְּקֻדּוֹת plu-
m 4 rali

INSTITVTO HEBRAEA

rali masc. nec est differentia inter masculinum & foeminiūm.

Forma affixorum cum infinitivo, non differt ab imperatiuo.

Forma affixorum cum futuro.

אָפְקַרְתָּ Visitabo. uel אָפְקַרְתָּ uel uisitabo eum. אָפְקַרְתָּ uel uisitabo eam. אָפְקַרְתָּ uel uisitabo te, masc. אָפְקַרְתָּ uel uisitabo te, foem. אָפְקַרְתָּ uel uisitabo eos. אָפְקַרְתָּ uel uisitabo nos.

וְפִקְרֹד uisitabit, mas.

וְפִקְרֹשׁ uel יְפִקְרֹשׁ uel יְפִקְרֹשׁ uel uisitabit eum. וְפִקְרֹה uel יְפִקְרֹה uel uisitabit ea. וְפִקְרֹרֶת uel יְפִקְרֹרֶת uel uisitabit te, mas. uisitabit te, foem. uisitabit me. וְפִקְרֹם uel יְפִקְרֹמָה uel uisitabit eos. וְפִקְרֹנוּ uel יְפִקְרֹנוּ uel uisitabit nos.

וְפִקְרֹרֶת uisitabunt, mas.

וְפִקְרֹנוּ uel יְפִקְרֹנוּ uel uisitabunt eum.

וְפִקְרֹה

AVTORE SEBAST. MVNST.

וְפִקְרֹה uel יְפִקְרֹה uisitabunt eam. וְפִקְרֹרֶת uisitabunt te, mas. וְפִקְרֹרֶת uisitabunt te, foem. וְפִקְרֹנִי uisitabunt me. וְפִקְרֹמוֹ uel יְפִקְרֹמוֹ uisitabut eos. וְפִקְרֹנוּ uisitabunt uos. וְפִקְרֹנוּ uisitabunt nos.

Tantum de pronomībus separatis & affixis.

De reliquis consignificatiuis, uide licet aduerbijs, præpositionibus & coniunctionibus.



Offlunt reliqua consignificatiua in duos distingui ordines.

Quædam namq; recipiunt articulos & affixa, quædam non.

Recipientia affixa & articulos.

תְּחִזָּה sub, מִתְחִזָּה desub. תְּחִזָּה intus, בְּצָר in medio. corā, aduersum, נִאֲרוֹ coram eo. עַל super, פִּעַל desuper. Item מִלְפְּעִילָה עַלְיָן super te.

INSTITVTO HEBRAEA

parte. extra. חוץ foris. בחווץ propter. ob. לבעבר prater. propter. propter. secus. אל ad. אליך ad te. אצל apud. apud me. את cum. מני mecum. secum. &c. אחר post. ב in uel cu. secundū. coram. מ a, ab, de, ex. בוגל prospter. לטעם propter uos. propter. propter te. עד adhuc. עד ego. סביר contra. circum. trans. circum. עמו utrum. עבך usque. pro. בער circum uel circa eum. קרוב prope.

Aduerbia temporis, quoru quædā admittut articulos, quædā non.

ביהר עת exnūc. עת tuūc. cras. hodie. היום heri. אמיט nudius. triduo.UESPERE. שלש pxime. mane. iam. בקר aliquando. סליח qñiqz. semp. semper. iugiter. subito. פה ואם mox.

קרם

AVTORE SEBAST. MVNST.
prius. מוז aliqñ. טעם priusquam.
Aduerbia loci.

שם extra. שפוץ illuc. חוץ intra. ליעד hinc. מישם illinc. אל illuc. פה hic. על super. מפוץ subter. מונחה ab infra. unde. quo. מכאן huc. illuc. שום alicubi. בין inter. חלאה trans. ultra.quo. ubi. איזה & איזה ubi. מיקום ubiqz. בבל intus.

Aduerbia negandi.
אל לא לאח בל אין לית בלי בלאו אפס omnia ista ualent. non, nec, haud, אוולי לנו neque, nequaquam, nihil. &c. אלא nisi, ni.

Aduerbia affirmandi.
אבן sic ita. utiqz. בכח מה certo. אלט pfecto. Optadi. או obsercro. utinā. אם o. quis det. utinam. אלן Demon.

INSTITVTO HEBRAEA

Demonstrandī.

uide. רְאֵת חָנַן חָנַן en, ecce.

Similitudinis.

quemadmodū, secūdum quod.
ut, sicut. בְּגִמְוֹת ad instar. בְּ si-
cut, uelut, quasi.

Interrogandi.

quare. מִירְאַע ob quid. מִפְעָן
quamobrem. אֵין & אֵיכָה quomo-
do. אֵיכָה & אֲחֵה quomodo. מִתְּהִיה
quādo. מִתְּהִיה & מִתְּהִיה quousqz.
quid, quām, quantum. מִבְּמִן quoties,
quantū. אֵיךְ & אֵיךְ quo. אֵם utru.
נִנְעַד. חַלְיאָה nōnne. חַנְנָה an nō.

Qualitatis & quantitatis.

parum. רַב multum. male.
bene. אֶשְׁרֵי feliciter. אֶמְתָּה uere.
recte. יְשֻׁרָּה falsō.

Comparandi.

paulatim. מִזְעָר sensim.
magis. מִזְעָר ualde, nimis.

Alia

AVTORE SEBAST. MVNST.

Alia quædam aduerbia.

וְ ne forte. רְלִיבָּא fortassis.
forte. שְׂמָחָה forte. הָיוּ heus.
& יְחִרָּה simul. בְּאַחֲרָה pariter.

Coniunctiones & interiectiones.

heus, o, ux. אָבָיו uah.
euge. אָכְלָל sed אָס tamen.
quod, quia. וְ & autem, qz. אָו uel,
aut. קְפִי quia. אָס si. בְּ secūdum
quod. אָר attamen. וְ uerūtamen.
etia. לְבָנָה propterea, ideo.
אָפְעָלְבִּי tam & si, quamvis ita sit. Aliqui diui-
dunt in tres dictiones. ut עַל פִּי
את עַל פִּי

Tantum de consignatiis.

De constructione

quædam regulæ.

Onstructionum quædam fit
inter nomina & affixa, uel in-
ter uerba & affixa : quædam
inter nomina, uel inter nomina & uer-
ba. De affixorū cōstr. supra, nūc de alia.

Prima

INSTITVTO HEBRAEA.

Prima regula.

Nomina adiectiva, participia, & pronomina separata, cōueniūt cū suis substantiis in numero & genere. Indicant etiam plerunq; adiectiva substantiorum genera.

Exempla.

Masc. קָולְ uox magna.

Fœm. אֶבֶןּ גָּדוֹלָה lapis magnus.

Masc. בָּעֵרֶתּ puer paruus.

Fœm. בָּעֲרַתּ puella parua.

Fœm. עָרִיםּ גָּדוֹלָות ciuitates magnaæ.

Fœm. יָדָעָה manus ualida.

Fœm. זָרָעַ נְטוּיָה brachiū extentum.

Masc. זָהָרָה iste uir.

Fœm. זָהָרָה אִשָּׁה ista mulier.

Secunda regula.

Nomē & uerbū cōueniūt in nu. & gen.

Masc. יְהוָה בָּלָג dominus regnauit.

Masc. אָמָרְתִּי dixit cor meum.

Fœm. יְנַרְתִּי אֵשׁ descendit ignis.

Fœm. יְצַקְתִּי אִשָּׁה mulier clamauit.

Repe-

AUTORE SEBAST. MVNST.

Reperiūtur tamen quandoq; singulalia construi cum pluralibus. ut גָּדוֹלָה לְפָנֶיךָ Et fuit Phenennæ filij. primo Reg.i. חָסָפָרְתִּים populus petentes. i. Regum octauo.

שְׂשִׁים חָטָמִים אִישׁ qnquaginta uiri. עֶזֶר sexaginta urbes. Deut. secundo.

Tertia regula.

Quando duo uerba iunguntur alterum plerunque ponitur in infinitiuo. ut 4. Reg.i. פִּשְׁנָה וְנָה Festina descende. Deuter.i. לֹא אָנוּבָל שָׁאָה אַתָּבָס

Non potero portare uos. Et i. Regū 3. וְיַוְסֵּת וְיַחַנֵּת Et adiecit dominus vocare. psal. 78. וְיַבְלֵת Potest dare.

Quarta regula.

Quando substantium construitur cum substantio, alterū ponitur in genitiuo. Innotescit aut̄ plerunq; genitiuus aut ex adiuncto articulo, aut ex diuersa punctuatione, quam habet dictio regens

INSTITV TIO HEBRAEA

gens in constructione à suo absoluto.

Exempla.

בָּשָׂר חִילֵךְ	caro pueri.	בָּשָׂר
אֲישׁ חַלְלָה	uir dei.	אֲישׁ
שְׁלֹום רְשָׁעִים	pax peccatorū.	שְׁלֹום
אָמְרוֹת יְהוָה	eloquium dñi.	אָמְרוֹת
אֲבָנִי הָרֶץ	lapides terræ.	אֲבָנִים
יְמִין עָלֵיוֹן	dextera excelsi.	יְמִין
כּוֹבֵבָי נְשָׁמָתִים	stellæ coeli.	כּוֹבֵבָי

Hic ad dexteram posui absolute dictiōnum regentium . Porro extra hos duos casus , genitiūus cognoscitur ex sermonis tenore . ut בְּ מֶלֶךְ cor regis . אָרֶץ מִצְרַיִם terra Aegypti . &c.

Possunt à studio so Hebræo lectore plures inueniri constructio- num regulæ , nos gene- raliores tantū po- suimus .

Tantum de constructione .

De abbre-

AVTORE SEBAST. MVNST.

De abbreviaturis Hebraicis.



Vando Hebræi dictionē aliquam succinete scribere uolunt , non copulant per titellum primam eius literam & ultimam , aut primam & duas posteriores , quemadmodum Latini cōmunititer facere consueuerunt : ut patet in his dictionibus : mia , rō , dñs : sed accipiunt uel primam duntaxat literam , uel primam & secundam , uel tres primas si uocabulum pluribus constet elementis , ultimam notantes uel duplice uirgula , ut נ uel unico puncto , ut י aut curua uirgula , ut י Frequentius tamen , solum capitales dictiōnum accipiunt literas . unde etiam huiusmodi abbreviaturas רָאשֵׁי תַּיבּוֹת id est , capita dictiōnum , uocant . Porro quando integrā sentētiā abbreviare uolunt , colligunt omnium dictiōnū initiales literas in unā cōplexionem , n easq;

INSTITVTIO HEBRAEA

eaſque ſigillatim notis uirgularum uel punctorum ſignant. Id autem frequen-
tius faciunt in ſuis commentarijs & libe-
rioribus diſputationibus. Exempli gra-
tia: Scribit quidam Rabi ſuper Gene-
ſim in hunc modum

בְּנָאֲשִׁית בֶּרֶא אֱלֹהִים : אָם וְאָמַרְוּ חַטָּאת
חַמְשׁוּמָרוּ לִמְוחַת בֵּת אֱלֹהִים לְשׁוֹן רַבּוֹת
: חַיָּה לוּ לְבַחַב אֱלֹהִים לְשׁוֹן יְחִידָה אֱלֹהִים
וְרָאוּ שְׁנַיִם חַם אָב וּבָן : וְאֱלֹהִים לְפָנָיו
לְפָעָמִים לְשׁוֹן יְחִידָה הוּא בָּשָׂר
מִפְּרוֹשׁ בְּפָנָיו רָאָה נְתַחֵר אֱלֹהִים לְפָרָעָת
: וְאָם אֱלֹהִים לְשׁוֹן בְּכָור הַוָּא שָׁה שְׁרוֹת ש
שְׁחַם בְּשָׂר וּרְם חַם בְּוֹחֵג לְבַתּוֹ לְיְחִידָה
לְרַבִּים אָנוּ פָלוּ וּפָלוּ : וְבָשׁ לְקָרָא לְתָה
לְחַקְבָּה עַצְמוֹ לְרַבִּי דָרְךָ בְּכָור :

Huius scripturæ hæc eſt interpreta-
tio: In principio creauit deus. Si dixerint
deuastatores (Christianos putat) quare
(אֱלֹהִים pro בְּנָה) ſcriptum eſt
(לְשׁוֹן pro לְשׁוֹן) ſcriptum eſt
id eſt,

AUTOR E. SEBAST. MVNST.

id eſt, uoce plurali ſuiffet ei ſcribendum:
אֱלֹהִים deus lingua unica (i.e. singulari nu-
mero) niſi quod certū eſt duos eſſe, pa-
trem & filium. Responſio. (וְאֱלֹהִים quod
ualet, & eſt dicendum) Elohim quando-
que linguae singularis eſt, ſecundum
quod eſt expositum clare: Ecce dedi te
אֱלֹהִים deum Pharaoni. Et etiam eſt
dicendum, linguam honoris eſſe, ſecun-
dum quod principes, qui ſunt caro &
ſanguis, ſolent ſcribere unice pluraliter,
nos talis & talis. Et quāto magis uoca-
bit dominus sanctus benedictus ipſe
ſcipſum pluraliter cauſa honoris? In
qua lectione, uides optime lector ſex-
aut ſeptem truncata uocabula, nempe
לְחַקְבָּה & פָלוּ שָׁה אֱלֹהִים לְשׁוֹן בְּנָה
quorum ſignificationes in nullo dictio-
nario inuenire poteris, niſi ea integra
reddideris, in diſtinctasq; diſtiones or-
dinaueris. Quod ex ſequētib⁹ explana-

INSTITVTO HEBRAEA
tis abbreviaturis, tibi non difficile erit.
פָרֹשׁ רַבִּין integra eius sunt
שלמה Hoc est: Expositio seu glos-
sa Rabi nostri Solomonis.

רַבִּי רֹוֶן פָרֹשׁ רַבִּי
David glossa.

במאמור רבותינו זברונס בROL
ut dicunt magistri nostri me-
moria eorum sit benedicta.

חַקְבָּה san ualet ברור הוּא
etius benedictus ipse, dei sic recordatur.
אמורו רבותינו זברונס ארול
Dicunt magistri nostri, memo-
ria eorum sit benedicta.

אעפָם ualet את על פֵי בֵן צְפּוּעַ sic.

תַּרגּוּם אֲנָגְלָוָס Targum
onkalos.

תַּרגּוּם יוֹנוֹתָן ualet Targum Io-
nathæ.

חַיָּה שְׁמוֹ וְהַבָּרֶךְ significat Sic
nomen eius benedictum.

צְעַד

AVTORE SEBAST. MVNST.

צְעַד ualet צְעַד עיוון בשורש Indi-
get scrutinio pro fundamento, siue ne-
cessaria est inquisitio. &c.

יש מפרשימים ualet יְמִין Sunt qui
exponunt.

בְּרִיא גוֹנוֹא ualet בענין Quem
admodum, ad instar.

עַבְלָן ualet עַבְלָן Hucus
que expositio eius.

כְּלָבְנָן ualet בְּלָשְׂכָן Tanto magis.
תַּלְמוּד לְאָמֹר תַּלְמוּד Talmud dicit.

כְּאָבָן ualet אם כי אָבָן Si sic: sed, tantum.

עַל וּרְמָסָעָה Super manus.

לְשֻׁוֹן Lingua uel expositio

לְשֻׁוֹן אחר Expositio alia.

זְלָה זְלָה Ista expositio eius.

רַאשׁ חַדְשָׁה Caput nouum.

בְּהַבָּב uel scribit uel scri-
ptum est. Et omnia ista.

וּבְלַבְנָן וּבְכָבָב יט

INSTITVTO HEBRAEA

ט	יומָשׁ	dies bonus.
ע	עֲבֹרָה	seruitum alienum.
צ	אַזְרִיךְ עִזּוֹן	necessaria inquisitio.
ל	רְצִינוֹן לְאָמֹר	uult dicere.
ה	עַלְיוֹן חֶשְׁלוּם	pax ei.
א	לְשׁוֹן אַשְׁבֵנָן	lingua Germanica
ת	סֻופִי הַיּוֹבָה	finis dictionis.
ת	רָאשֵׁן הַיּוֹבָה	principiu[m] dictiois.
ש	שְׁנָאָמָר	quod dicitur.
א	אָמָר רְכִיבָה	dicit magister.
נ	כְּרִיאָה לְ	iudicio meo.
ו	וְלִי נְרָאָתָה	& mihi uidetur.
ע	עַל רְדֵךְ	iuxta morem.
ב	כָּל רְבָרָבָה	omne uerbum.
ב	בֵּית דִין	domus iudicij.
א	אָמָר לוֹ	dicit ei.
ג	אָס בָּן	etiam, sic, utiq[ue].
ו	וְאָמָר לוֹ	& dicitur ei.
כ	בָּן אָמָר	sic loquar.
ו	וְשׁ לְאָמָר	est autem dicen-
	dum, siue, responsio.	

מִתְ

AVTORE SEBAST. MVNST.

מִתְ	מִבְלָקָות	ubiq[ue]
נוֹתָן	גְּבָקָא מְנוֹא	sequitur inde.
עַט	עַל מְנָה	hac conditione.
רָא	רְכָר אַחֲרָה	sermo alias.
וְאָמָר	וְאָמָר זֶבֶר לְשָׁלּוּם	Et dixit cuius
	memoria fit in pace.	
הַתָּה	הַלְמָוֹר הַכְּבָס	doctrina sapientis.
פִּי	פִּירּוֹשׁ	glossa, expositio.
אַתָּה	אַס הָאָמָר	si dixeris.
בָּגָן	בָּגָן בְּגָן	sicut, ad instar.
בָּעֵת	בָּעֵת גְּעוּדָה חַשְׁמָה	cum auxilio dei.
וְשָׁ	וְשָׁ אָמָרִים	sunt qui dicunt,
עַל	עַר בָּאָן	usq[ue] huc.
עָא	עִיגְזִין אָחָד	negocium aliud.
הָקָ	הָשָׁם קָרוֹשָׁה	deus sanctus.
בָּלְ	בָּלְוּמָר	quasi diceret.
שָׁ	שִׁירָה	quod sit.
הַתָּה	הַוָּא חָרֵין	hoc iudicium.
וְזֶבֶר	וְזֶבֶר צְרָקָה לְנָן	bonae memoriae.
הַ	יְחִוּוֹת	dominus.
רְכָר	רְכָר siue magister.	

pp. 4 De

INSTITVTO HEBRAEA.

De accentibus Hebrææ linguæ succinctus tractatus, ex Capnionis prosodia & Hebraico libro qui **שְׁעָר הַמִּתְחָג** vocatur, excerptus:



Abent Hebræi in sua lingua triplicem accentum, uide licet grammaticum, quem **טֻעַם** rhetoricum, quem **בָּטָה** & musicum, quem **אֲבָהָה** uocant.

Grammaticus est, quo dictio simpli ci pronunciatur uoce. Et hunc cuiuslibet dictionis prolatione requirit, quo vox re sonet eminentior.

Rheticus est, quo dictio ornatae pronuciatur. Musicus, quo modulatione quadam & harmonia dictiones proferuntur.

Grammatici accentus, non habent aliquam propriam figuram uel signum in Biblia, sed eorum loco successerunt accentus musici. Vnde quancunq; dictio nis syl

AVTORE SEBAST. MVNST.

nis syllabā uideris tropo musico signatam, ibi grammaticum accentum habere locum scias. Posset proinde is accentus demonstrari uirgula erecta supra illa tera uel infra. ut **רְבָּל טַעַם** & **רְבָּל בָּטָה** uerum quū idem officiū impletat accentus musici, sat fuerit, si illi ponatur. ut **רְבָּל טַעַם**

Regulæ breues, quando accentus cadat in secunda, ultima uel penultima.

IN dissyllabis quū utraq; punctatur cum — aut prima cum scheua, & secunda cum kamez, patha, zere uel səgol, manet accentus in ultima. ut **יָזְרָר שְׁבָּס וְאֶבֶּר קְנָבָּן טַעַם** Idem iudicium est in his formis: **חַלְלָן צְרָשׁ אֶבֶּר חַבְלָן תְּבָל בְּרָר**

Quum utraq; pūctatur cum səgol, aut prima cum səgol, secunda cum patha, aut prima cum zere, secunda cū səgol uel patha, cadit accentus in primam. ut **עַשְׂבָּר קְנָבָּה צְרָקָשְׁבָּעָן** Manet quo n 5 que

INSTITVTO HEBRAEA

que accentibus, quando in termino uel distinctione puncta uariantur. ut אַרְצָה & אַרְץָ Consonat etiam iste canon cum hac forma סִעֵר (media scilicet existente gutturali) & בּוֹיתָ שָׁחָר אֲוֹפֶל &c.

Item accentus ferme semper in ultimam cadit syllabam: quando intra uocabuli radicem recipitur uau litera. ut שָׁׁׂבָעָה אֲבָל גָּבָר גָּבָל חָמָר פָּעָל &c.

Item quum ultima dictionis est iod, aut הַ constituenta fœmininum genus, accentus cadit in ultim. ut שְׁבוּעָה אֲרָבָן שְׁלָשָׁה בְּחֻמָּה קְבָּה אַתְּבָתָה Fœmina uero in sægol & הַ exeūtia, habent accentum in penultim. ut שְׁבָלָת אֲרָנָה Quæ uero in הַ וְתַּ וְתַּ וְתַּ desinunt, habent accentum in ultima. ut קְרָבָן יְבָרָן רְאַשָּׁׁיָּה בְּלָבָנָה Idem sentiendum de ijs quæ habent iod inter secundam & tertiam radicalem. ut צְרִיכָה & quæ quatuor constant radicam libus

AVTORE SEBAST. MVNST.

libus. ut זְרוּחָה אַלְזָל &c.

Item literæ דָּאָמְנָת signant accentum in ultima dictionis, nisi ipsa dictio definat in הַ & sægol, tunc enim cadit in penul. Exempla: תְּנַחְמֹת בְּמַעֲנוֹן & מְאַבְּלָת & פְּרָאָת &c.

De accentibus signandis in nominibus habentibus affixa.



Ic nota unam regulam. In omnibus nominibus singulis & pluralis numeri habentibus affixa, accentus est in ult. seu in affixo. ut רְבָרָיִם רְבָרָבָס רְבָרָבָי רְבָרָנִים &c. præter hæc affixa רְכִירָהִים ubi accentus cadit in penultima.

De situ accentuum in consignificatiis.



Accentus in consignificatiis ferme semper cadit in ultimā. ut נְנָנָה

INSTITVTO HEBRAEA

אָנֹכִי וְאַתָּה &c. præter אֲנָשִׁים חֲמֵרָה אֶתְנָה ubi manet in prima.

Quem locum accentus occupent in uerbis præteriti temporis.

 N tertia persona sing. uerbo, rum primæ coniugationis accentus cadit in ultima. ut פְּנָזָר &c. In prima aut & secunda persona, est in penultima. ut אַבְרָהָם פְּנָזָר Plerunq; tamen quum uau coniunctio mutat tempus, ponitur accentus in ultima. ut רְשָׁמָר & dices.

Tertia persona pluralis habet accentum in ultima. ut שְׁבָרִי nisi in distinctione uel pauc, ubi scheua mutatur in → uel .. & accentus cadit in penultima. ut גְּבָרָיו שְׁבָרִי Secunda persona plur. semper habet accentum in ultima, etiā si præponatur uau: & prima syllaba semper notatur cū scheua, idq; solum in hac persona plurali. ut בְּרוּךְ שְׁבָרִי

Prima

AVTORE SEBAST. MVNST.

Prima persona pluralis habet accentum in penul. tertia foem. in ultima: secunda foem. etiam in ultima, nisi ultima, radicalis fuerit ו uel י &c.

De accentu præsentis temporis.

Præsens mas. singul. & plur. habet accentum in ultima, etiam in statu regimini. Idem iudicium de præsenti foem. singular. & plur. nisi quum in costruc. ו mutatur in ו cum .. tunc enim cadit accentus in penultima. Idem contingit in uerbis, quorum tertia radicalis est ו uel י talis enim litera habet patha prosigol. ut וְעַמְקָשׁ audiens, scilicet Sara.

De accentu participij præteriti.

Cadit accentus in uerbis paul in ultima, idq; in singulari & plur. mas. & foem. gen. ut בְּרוּךְ שְׁבָרִי

Infinitius.

Habet hic modus accentum in ultima, siue scribatur cum uau, siue non. ut שְׁבָרִי

INSTITVTIO HEBRAEA

שְׁמֹוּרָה & שְׁלִיחָה Idem iudicium est filii
terram **כָּלֵם** præficiantur.

Imperatiuus.

Cadit accentus in ultimā, tam in singulari quām plurali mas. ut שְׁבֹ�רַ & שְׁבֹ�רַת Idem iudicium est de secunda persona sing. foem. Pluralis uero habet accentū in penult.

De accentu futuri.

Prima, secunda, & tertia persona singulari, habent accentum in ult. Idem est iudicium de omnibus personis plur. nisi quando tertia persona scribitur cum hominem. ut יְבָלוּ ruent, ubi accentus cadit in penultima. Idem contingit quando haec persona terminat sententiam, tunc enim scribitur per ו & habet accentum in penultima. ut יְשֻׁבוּ lætabuntur. Idem iudicium est de secunda persona plurali. Item secunda & tertia persona foem. singulares habent accentum in ultima.

AVTORE SEBAST. MVNST.

timā. Secunda uero siue tertia plurales, in penultima.

Affixa cum קֶרֶז

פְּקָרָה accentus est in ultima. פְּקָרָה in penultima. פְּקָרָה in ultima & penultima. פְּקָרָה & פְּקָרָה in ult. in penult. Idem in פְּקָרָה. Itē פְּקָרָה & פְּקָרָה habet accentum in ultima. פְּקָרָה & פְּקָרָה in penultima. In prima persona ubiqz accentus cadit ad ה ut פְּקָרָה. In tertia plurali accentus manet in tertia radicali. ut פְּקָרָה. Item secunda persona pluralis mutat ה in uau, & sic recipit affixa, cadente semper accentu in ה ut ab אֲמֹרָה אֲמֹרָה. Prima persona pluralis habet accentū sub nun. ut פְּקָרָה.

Verba foeminina, ut פְּקָרָה mutant ה in ה manente accentu in penultima. ut פְּקָרָה uisitauit te, scilicet foemina virum. &c.

Affixa

INSTITV TIO HEBRAEA

Affixa cum פָּקַר

Manet accentus in ultima, præterq; in פָּקְרָה פָּקְרָנוּ פָּקְרָנִי פָּקְרָה ubi cadit in penultima. Eadem regula quadrat in nisi quod פָּקְרָנוּ & פָּקְרָנִי haben accétum in penultima.

Affixa cum futuro.

Affixa נִי בָּה נִי בָּה faciunt accentum in prima persona cadere in penult. in reliquis cadit in ult. ut אֲפָקָנוּ Idem fermè ubiq; est iudicium de secundâ & tertia persona singularibus.

Et tantum de accentu grammatico.

De accentu Rhetorico.

 Erfatur accentus Rhetoricus circa dictiones, ornatus & suavitatis gratia, conducens ad id, ut sciatur quæ syllabæ longæ uel breues ueniant producendæ. unde ab Hebrewis פָּקָר uocatur, id est, retinaculum. Est enim artificiosa spiritus retentio. Debet nanq;

AVTORE SEBAST. MVNST.

bet nanque distincte ac ornatae, siue loquendo, siue legendo, syllaba lóga produci, & uox ipsa aliquanto retineri, & signatur hic accétus seu retinaculum per virgulam ad literam producendam signatam. Notandum igitur quod in libro שער חֲמֹתָה ita scribitur:

בעשר חָנוּעוֹת אֵרֶזֶלֶת וְאֵרֶזֶלֶת
Hoc est: In decem uocibus, quinq; sunt longæ seu magnæ, & quinq; paruae seu breues.

אֵרֶזֶלֶת אֵרֶזֶלֶת Longæ sunt.

אֵרֶזֶלֶת אֵרֶזֶלֶת Breues sunt.

De harum pronūciatione ita scribit K. וְעַפְתָּא אַבָּא לְרַרְר קְרִיאָתָם: חָגְלָוֹת יְשָׁלָחָן עִזְבוֹב וְאַיְחוֹר בְּבָל קְרִיאָתָם הַחֹצֵץ אֶט טַעַם חַפְירָה סְמוּךְ לְפָת בְּמוֹ שׁ שְׁמֻרָה חַטְעָם בְּמוֹת לְאַפְּרִיר סְמֻצָּוֹת הַשְׁמִינִית Hoc est: Et nūc instruam te modum lectionis earum. Magnis est mora & tardatio in omni lectione earum,

o nisi

INSTITVTIO HEBRAEA

nisi quādo accentus ad dictiōnē accesserit, ut custodiuit, accentus est sub mem, non producitur schin kamezatum. hoc clarius ita accipe: Habent syllabæ lōgæ retinaculum, nisi proxime sequatur accentus. ut **רַבָּשׁ** ubi **שׁ** nō est retinenda uel producenda propter accentum grammaticum immedieate sequentem. Siū mediate ille accentus à uoce longa distet, tunc supra eandem syllabam longam quādoq; ponitur uirgula uel duo punctula subalternatim posita, ad indicandum quod eius prolatione est aliquantulum producenda. Poteris id facile aduertere ex hac Latina indeclinabili uoce, aliquando, quæ quum acutum accentum habeat in li, nihilominus tamē ista syllaba quan non correpte, sed produce pronunciari debet. Ita est in **בְּמִנְחָה**, ubi accentus proprius in **בְּ** mediate distat à syllaba longa **שׁ** ideo **מִנְחָה** uirgula sci-

AVTORE SEBAST. MVNST.

gula scilicet tarditatis signat ad **שׁ**. Sic hic **יְבָרֶכְתָּ** permittit accentus in ultima tertiam ante se produci. Hic uero **אֹמֵר** non permittit. Quemadmodū autem longæ syllabæ in oratione sunt producendæ, nisi obstet exceptio, ita breues sunt corripiendæ. ut **מִבְּשָׁר** media breui: nisi proxime sequantur literæ gutturales, tunc enim breuis quæ precedit, proferendo extēditur. ut **וְאָסָרָה** ubi accentus grammaticus est in ultima & rhetoricus in prima. Quod Hebraei his uerbis tradunt:

וְהַנְּעָזָה קְטָנוֹת לְעוֹלָם תְּפֻחָה בְּ
בְּסִירָאָתָם זְוִלָּה אֲם חִנְנָה עַל אַחֲת מָ
מְאוֹתָיוֹת אַחֲרָה אֲזַפְּרִין תְּהִנְעָזָה הַ
קְטָנוֹת שְׁעִילִים Expositio omittitur, quia sensus darus. Accipe igitur de hoc sequentes regulas.

Prima. Nulla principalis syllaba quæ cum uoce magna scribitur

INSTITV TIO HEBRAEA

proxime ante seu est corripienda. Per principalem intellige eā quae est prima substantialis. ut שׁוֹמְרִים קָרְבָּאָן פְּנַחַס שְׁמָרוּ וְצָהָב Idem est iudicium de syllaba principalī quā immediae sequitur litera duplicata, quarum prima scribitur cum scheua. ut צְלָל

Secunda. Syllaba tertia ante accentum grammaticum nūquam corripitūr per hateph. ut בְּעֵנָן אֲנָבָן Excipiuntur יִשְׂרָאֵל אֶבְרָהָם & similia, quae in principali syllaba non patiuntur productio-
nis notam, quantumlibet post eam se-
quatur in tertia syllaba grammaticus ac-
centus. Et hæc regula etiā ueritatem ha-
bet in duabus dictionibus, quarū prior
est makeph, id est, in constructione se-
quentis continuatiua. ut יִשְׁחַלְלָה ubi in
prima signatur retinaculum. Et idem iu-
dicium est habendum de his & eis simi-
libus exemplis: מְשֻׁנָּה-בָּסָת יִסְלַחַלְלָה ubi scilicet

AVTORE SEBAST. MVNST.

ubi scilicet post priorem dictionem se-
quitur dictio enclética (hoc est, mono-
syllaba, aut alia quæ acuitur in prima.)
continuata per makeph, id est, habens
se ut recta ad regentem. In tali enim ca-
su, rejicitur prioris accentus in sequētem
encleticam.

Tertia. Literæ ministeriales prima-
rīe præcedentes unam ex his dictioni-
bus חַיָּה & חַיָּה patiuntur retinacu-
lum. ut חַיָּה חַיָּה

Quarta. Literæ בְּבִלְמָה præpositæ
dictionibus à seruili litera incipiētibus,
& quarum prima radicalis est guttura-
lis, signatur cum retinaculo. ut לְמַעַשָּׂר

Quinta. Omnis litera primaria
præposita gutturali, patitur retinaculum.
ut לְאַנְשִׁים חַכְמִים &c.

Sexta. Prima syllaba non habet
productionis notā, si eam sequatur da-
ges. ut חַטָּאָבָר Secus si per interual-

INSTITVTIO HEBRAEA

lum sequatur. ut חַחְתָּאָת

Septima. Syllaba præcedēs — uel
habet retinaculum. ut יְצָוָב

Octaua. Literæ accidentales præ-
cedentes in adorationis uerbo, recipiūt
retinaculum. ut וְשִׁפְחוֹת &c.

Nona. Litera נ quum ut quæsi-
tiuum uel admiratiuum signum præpo-
nitur dictionibus, aut quū iūgitur præ-
senti tempori coniugationis grauis uel
hiphil, solet habere retinaculū. ut קְעֻזָּר
ubi etiam mem-
liquide profertur.

Decima. Dictio habens accentum.
in prima, constructa cum sequente per
makeph, extendit primam per retinacu-
lum. ut מֶלֶךְ-מִצְרַיִם rex Aegypti.

Vndecima. Coniunctio uau ante
iod literam futuri plerunq; habet reti-
naculum, nisi uerbum defectiuum des-
nat in literam gutturalem, tunc enim
non est

AVTORE SEBAST. MVNST.

נוֹן est capax retinaculi. ut יְעֵשׂ

Duodecima. Dictio uel פָּה quando unitur cum sequenti incipiente
ab una illarū נְנִי recipit retinaculum.

Decimatertia. Dictiones paruæ in
quibus est iod in medio uel in fine, &
continuantur cū sequenti per makeph:
recipiunt retinaculum. ut שְׁנִי שְׁנִים פִּי אִישׁ אֲנָזָן &c.

Decima quarta. Vau in fine dictio-
nis, quæ per makeph continuatur ad
sequentem, recipit extensionis notam.
ut יְנָס &c.

Decima quinta. Nomē tetragram-
maton quum continuatur ad sequens
per makeph, suscipit retinaculum. ut
יְהֹוָה-אֱלֹהִים

Decima sexta. Zere & holem in fi-
ne dictionis continuatiæ per makeph,
suscepit retinaculum. ut בְּצִינָן-יְהֹוָה

Decima septima. Quādo dictioni-

INSTITVTIO HEBRAEA

a gutturali incipienti præficitur una ha-
rum seruilium **ב ב מ** recipit in princi-
pio retinaculum. ut **קָוְרֵבָה** &c.

Decima octaua. Omnis litera reti-
naculo signata, habes ante se syllabam
cum litera seruili, facit eandem seruilem
syllabam produci. ut **לִבְנָה**

Decima nona. Quando à princi-
pio post puctum scheua sequitur mox
una gutturalium, patitur litera scheua/
ta retinaculum. ut **בְּחַרְכִּי אֶלְקֹוִס** sicut
montes dei. Et uocatur tale seuia (quod
scilicet sequitur litera gutturalis) **שְׁבָא**
תְּמֻזֵּין id est, scheua hiatus.

De accentu musico.


Usicum accentum Hebrei uo-
cant **גְּרִיבָה** hoc est, sonum,
uel Græco uocabulo tropum.
utuntur enim eo pro notis cantionum
suarum, surrogatur **ρῆ** in locum gram-
matici accentus.

Requi-

AVTORE SEBAST. MVNST.

Requirit autem omnis dictio unum
accentum, siue fuerit rex, siue minister,
excepta dictione constructua, quæ per
makeph sequenti dictioni cõtigua est.
Talis enim cum sequenti, quasi una di-
ctio est, ideo proprio non eget accentum.
De musicis igitur accentibus quidam di-
cuntur reges, qui scilicet sermonē distin-
guūt, & ad rectam intelligētiā quo sli-
bet sententiae uersus ordinant. Alij ue-
ro qui regem præcedūt, ministri uocan-
tur. Dominantur autem reges in
omnibus Bibliæ librīs, pra-
terquam in Iob, pro-
uerbijs & Psalte-
rio. Reges
numero
sunt
18. ministri decem.
Sequuntur nunc nomina & signa
siue characteres regum.

INSTITVTIO HEBRAEA

Primus.	ג supra literam	שְׁלִשָּׁה
Secund.	ב supra literam	סָגֵלָה
Tertius.	ו supra literam	פְּלִישָׁא גֶּרְלָה
Quart.	נ supra literam	פֹּרְקַטְן
Quint.	מ supra literam	פֹּרְגָּרְוָל
Sextus.	ר supra literam	טְרָס
Septim.	ם supra literam	טוֹסְטִים
Octa.	כ infra literam	יְחִיבָּ
Nonus.	נ supra literam	פְּשָׁתָּ
Decimi.	ב supra literam	זְקַנְתָּ קְטַןְ
Vndec.	א supra literam	זְקַנְתָּ אֲגָרְוָלָ
Duod.	ג infra literam	אֲחַנְחַחָתָּ
Tred.	מ supra literam	זְרָקָתָּ
Dec.qu.	! ad latus	לְגָרְמִיָּ
Dec. qu.	supra literam	רְבִיעָ
Dec. sex.	ר infra literam	חָבֵרָ
Dec.sep.	י infra literam	טְפַחָתָּ
Dec.oc.	ו infra literam	סָוָתָּ בְּסִנָּ
Nomina & signa ministrorum.		
Primus.	ג supra literam	אֹזֶלָה
Secund.	ר infra literam	מְרֻבָּה
Tertius.		

AVTORE SEBAST. MVNST.

Tertius.	ג infra literam	בְּאַלְאָתָּ
Quart.	ר infra literam	בְּרַגָּאָתָּ
Quint.	ו infra literam	גְּלַגְלָתָּ
Sextus.	מ supra literam	פְּלִישָׁא קְטַבָּה
Septim.	י infra literam	שְׂוִיפָר מְוִינָחָ
Octau.	א infra literam	שְׂוִיפָר מְחַפְּרָ
Nonus.	ד infra literam	שְׂוִיפָר עִילָּוָה
Decim.	כ infra literam	שְׂוִיפָר מְבָרְכָל



Rimus rex id est, trium graduū, ponitur in penultima & ultima.

Secundus sive hoc est, proprietas, ponitur solum in ultima syllaba. Aliquando tamen bis ponitur in una dictione, scilicet loco accentus grammatici & in ultima syllaba, ubi habet sedem propriam: quod & in alijs quibusdam accentibus cottingere solet. Venit autem sequilla semper post zarka. Et quū habet ministrum, est Munah.

Tertius ist פְּלִישָׁא magna i. ternarius ma-

INSTITVTIO HEBRAEA

fius magnus, & habet sedem in prima: unde contingit quod quandoq; bis po nitur in una dictione, uidelicet quando accentus grammaticus in aliam quam primam cadit syllabam. Hic alio nomine uocatur תְּרִסָּא uel secundum alios תְּלִשָּׁה. Et habet munah ministrum.

Quartus est בּוֹרֶךְ id est, disper sor paruuus: & habet sedem in secunda. Ministri eius sunt munahim.

Quintus est קָרְבָּן qui & קָרְבָּן id est, cornua uaccæ, uocatur, & ca dit in secundam. Ministri eum præc edentes sunt munah & galgal.

Sextus est טַבֵּן qui & גָּרְשָׁן id est, expulsor. & ponitur in prima & secunda. Ministri eius sūt munah, Thissa minor & Azla siue Cadma. Et nota quod Azla rex habet eādem figuram quam Geris, sicut Azla minister & Cadma u nam habent.

Septi

AVTORE SEBAST. MVNST.

Septimus est טְרִסִּים qui & גָּרְשָׁן id est, duo gerischin, & solet po ni in ultima.

Octauus est יְתִיבָּה id est, tornator, & est similis בְּזִבְּנָה id est, reuersuo. Differunt tamen, quia Iethib solum res idet in dictione cuius prima litera ser uare debet accentum, & ordinatur ante punctum. ut אֶלְחָתָב ubi uides ante zere sub aleph ponи signum Iethib. Qd si sub alia litera quam prima ponatur, est mahpach, non Iethib. Seruit autem ei Munah in principio dictioñis præcedentis. Facit etiā makeph ex Iethib ma hepach, & tunc habet Cadma seruum.

Nonus est אֲטַפְּנָה id est, planator, quem etiam פְּשָׁת uocant. Et habet fi guram sicut uirgula tendēs scilicet ad sinistram. Azla autem tendit ad dextram, quando scilicet est rex. Differt tamen palet à cadma, quia cadma po nitur

INSTITV TIO HEBRAEA

nitur in dictionis initio, ubi debet ponî accentus, & pasta in ultima. Quod si ultima syllaba non est capax accentus, ponuntur in illa dictione duo pasta, quae vocantur שְׁנִי פָּשָׂטִין unum scilicet loco accentus, aliud ad ultimam, ubi est sedes sua. ut שְׁנִי תְּשִׁבְתִּים ubi mein finale & mem proxime antecedēs debet habere pasta. Serui huius dicuntur esse mercha & mahepach.

Decimus est יְצֵא id est, erector paruus, duo scilicet punctula supra dictionem. Et quando habet in principio dictionis ministrum, est עַלְיוֹ etiam si rex & seruus sint in eadem dictione. Sin in secunda litera ponat, est Munah, Cū uero duos habet seruos, primus dicitur Mecarbel, secundus, ut iā dictū est.

Vndeclimus est גָּרוֹל Hic nullum unquam habet ministrum.

Duodecimus est אֲתַנְחָפָא id est, pauper,

AVTORE SEBAST. MVNST.

fator, & ponitur sub qualibet syllaba. Et nota quod nunc ueniunt duo athnahtha in uno uersu. Habet autem proximistro עַלְיוֹ nisi in undecim locis ubi seruit meaIELA. Tunc autem athnahtha ponitur in secunda uersus dictione. ut Genesis octauo: וְצָא בְּרֵךְ

Decimus tertius est זְרֻקָּא id est, sparisor, & ponit solet in ultima litera, sequiturq; ipsum semper, aut prope aut lōge səgol. Ministri eius sunt: Ilui, Cadma, Tlissa, Ketāna. Nō tñ oēs sp sīl seruūt.

Decimus quartus est לְגַרְמִי id est, perfectū, & ponit inter duas dictiones. ut צְהַרְיָה תַּעֲשֵׂה לְתָבָח fenestram facies in arca. Vocat aut̄ alio nomine פְּסִיכָּא id est, distinctio, est tñ aliqua differentia inter eos, quia פְּסִיכָּא nō habet seruos, ut לְגַרְמִי Vnde nō est rex nec tropus, sed tñ pauſa aspiratiōis, deſtruit tñ regulā iehu. Porro serui legarmi sunt munah, mercha, & cadma.

INSTITV TIO HEBRAEA

Decimus quintus est רְבִיעֵץ id est, quadrum, punctus scilicet unus directe supra literam: & habet seruos munah & darga.

Decimus sextus est תְּבִיר id est, frā gens, & ponī solet sub secunda uel ultima. Seruī eius sūt Mercha, Darga, Mu nah, Cadma & Thissa minor.

Decimus septimus est טְרִחָה id est, palma, qui & טְרִחָה uocatur, id est, la bor, & ponitur infra ubiqz. Seruus eius est Mercha, & quandoqz Darga.

Rex ultimus est סְלִיק id est, summa, qui & סְוֹתַח id est, finis distinctionis dici cōsuetūt. Et est uirgula quae ponitur in periodo, eiusqz minister fer me semper est Mercha.

Inter hos reges, prīncipaliores sunt ad distinguendum sententiam רְבִיעֵץ סְוֹתַח אֲחִנְחָה וְסַתְּמַנְתַּן membrū terminus, distinctio, & subdistinctio.

In prin-

AVTORE SEBAST. MVNST.

In principio zakeph caton, in medio æthnahitha, in fine soph pasuc.

 Inister primus est אַלְפָא id est, ambulans, linea scilicet in prima uel secunda, à dextera ad sinistram surgens, quæ & מְלָא & לְאַשְׁר uocatur. autem in medio dictionis surgit ad sinistram.

Secundus est פְּרָבָא id est, hastile, qui & פְּאַרְיָר uocatur, & potest ubiqz ponи. Duplicatur etiam aliquando illa uirgula, & uocatur חָרֶץ חָוְצִין id est, duæ uirgulæ.

Tertius בְּמַנְיָילָא id est, subulinum cornu, & ponitur in secuda & ultima, so letqz figurari ut tiphha. Ponitur autem in prima uersus dictione, quando æth nahtha occupat secundam.

Quartus בְּרַגְגָא id est, gradus.

Quintus גְּלָגָל id est, circulus, uocatur etiam alio nomine בְּרַעַבְנָה בְּן יוֹמָנוֹ id

p est,

INSTITVTIO HEBRAEA

est luna filius diei suæ.

Sextus ḥaliršā qṭnā id est, triplex paruum, qui & ṭlšā uocatur.

Septimus ſhōfr mīyāh id est, cornu repositū, & potest ubiqz poni. Hic quoque uocatur ſhōfr ʻlliy quando mox præcedit regem zarka, aut ḥethnahtha, aut zakeph caton. Quādo autem alios reges præcedit, uocatur ſchophar munah.

Octauus ſhōfr mīyāh id est, cornu reuersiuū, & ponī ſolet in ſecun. & ul.


Nonus eſt ſhōfr ʻlliy id est, cornu eleuatum. uocatur qz etiam alio nomi- ne יְשֵׁר & potest ubiqz poni.

Vltimuſ uocat ſhōfr mīyāh id est, cornu ſuſtinens, & ponī in fine. Hūc di- cunt figurari ſicut uerſum mahpach cū dūplici mercha. Ex hiſ itaqz ministris, ſemper aliqz uel aliqui præcedūt reges, cōmuniū tñ munah. Verum de hiſ ſa- tis.


AVTORE SEBAST. MVNST.

tis. Quod ſi qz plenius de eis cupiat in formari, ille legat Capnionis prosodiā.


Sequuntur nunc musicorum accen- tuum melodiæ, ne quid defit curioſitati.




שְׁלֶשֶׁת



סְגָולָה חַלִּירְשָׁא גְּדוֹלָה




קָוָר קְטוֹן צְרָצִי בְּרוֹד גְּדוֹשָׁה




גּוֹשִׁים יְמִיב פְּשָׁטָא צְרָפָא

In fa iſti incipiūt.

INSTITVTIO HEBRAEA




זָקֵחַ קְטוֹן
אֶלְעָמָד




אֲהַנְחָקָא
וּרְאָא
לְאַרְמָרָא



רְבִיעַ
תְּפִיחָא
תְּבִירָה




סְוָתַם
פְּסָוקָם
אַלְאָם
מְרֻבָּא




כְּרָנוֹן
תְּפִירָה


AVTORE SEBAST. MVNST.



גָּלְגָּל
עַל יְרֵחַ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל



מָוֵנה
אַלְלִישָׁא
קְטָבָה



מְחַפֵּר
עַלְוָה
מְפַרְבֵּל

Variant inter has melodias nōnūl-
lae ab illis , quas Capnion in sua signa-
uit prosodia , nempe quas ego

ipse ab
עֲבָרִים בְּחִנּוּנִים
non semel cantilla-
ri audiui.

P 3 Versus

INSTITV TIO HEBRAEA

Versilogus Hebraicus

ספר חזירום

Quem colophonem impone-
re cogitare grāmaticæ meæ,
candide lector, rogatu F. Bal-
thasaris Huni, sacræ linguæ studiosissi-
mi, & hunc appendicem de carminibus
Hebraice cōponendis, adjicere placuit.
cuius autor quidem non ego (ne alienū
honorē mihi arrogem) sed R. pater Ca-
spar Ammonius, sacræ theologiæ pro-
fessor atq; Hebrææ linguæ doctissim⁹,
est, quiq; primus, quod ego scia, huius
artis genus ex Hebraicis scriptoribus in
Latinum transtulit sermonem.

De multiplici differentia car-
minum Hebræorum.

Xplicabimus in primis qua-
tuor uocabula, deinde multi-
plicem carminū differētiam,
quibus Hebræi utuntur in huius artis
tradi-

AVTORE SEBAST. MVNST.

traditione atq; descriptione.

Prīmū est **תְּנוּעָה** & est syllaba cōsti-
tuta ex literis, uel litera & pūcto uocali.
Puncta uocalia simplicia, ut supra dixi-
mus, sunt septē, cōposita tria, ex quibus
sunt qnq; magna & qnq; parua. Apud
modulatores tñ metrorū, septem uoces
simplices dicunt̄ reges, seruātur c̄p; in scā-
sione lōgæ: scheua uero cū ex se mobile
est, uel saltē causa metri, ut plerūc̄ fit,
syllaba breuis censetur.

Secundū **יִתְּר** & est scheua mobile
cū una syllaba, facitc̄ pedē iambicū, ut
לְנֵגֶל שְׁמוֹר dissyllaba. Quod si alia
syllabā adjicias ipsi iathed, uocabitur iā
illud cōpositum **מַוְרֶבֶת**. Componit̄
enim ex **יִתְּר** & **פְּנַעַח** **גְּבָרִים** ut

Notandum etiam quod uau à capi-
te dictionū seruēs ferè semper cū sequē-
te syllaba facit iathed, nō obstante quod
qñ literas labiales **בּוּם** cū surec signet.

INSTITVTIO HEBRAEA

ut רְבָרָן וּרְבָרָן Tam & si quandoque faciat syllabam cum sequente scheua, ut patet in hoc metro:

לְרִוְיֵי צֹת בְּפִי וּבְפִי עֲקַצָּה :
Facit quoq; hateph s̄egol ut רַחַת אֶמֶת

Tertium quo significatur prima pars alicuius sententiae, quæ in fine duorum uersuum consonantiam quandam & rhythmum obseruat.

Quartum & est secunda pars sententiae in rhythmum disposita.

Quartum & complectitur ut truncq; uersum & רַחַת קָגָור & Exemplum Rabi Solomonis filij Gibirol.

שְׁמֻעַ קְוִילִי אֲשֶׁר יִשְׁפַּע בְּקוֹלוֹת :
וְתַאֲלֵה תְּפִזְבֵּל חַפְלֹות :

Vbi primum metrum rhythmicu uocatur daleth, secundum s̄egor, utruncq; פִּתְמָן Possunt etiā duo metra sine rhythmico dici פִּתְמָן &c.

Quintum & est canticū complectes

AVTORE SEBAST. MVNST. בְּפִסְטָס plectens minus quam decem.

Sextū & est Canticū comprehendens decem uel plures בְּחִוִּים

Septimum שִׁיר פְּשָׁוט Canticum scilicet in quo non occurrit scheua mobile, sed omnes dictiones constant magnis syllabis. Exemplum Rabi Solomonis filij Gibirol.

חַפְלָתִי וִסְפּוֹן גָּדָר : כִּי בְּתָה וְלִפְנֵר יוֹשֵׁר זָבוֹת :

Vbi scheua nō mouetur, sed absorbet.

Octauum שִׁיר מַוְרָבָב Canticum scilicet in quo ueniunt plures iambi & syllabæ.

Nonum שִׁיר קְשֹׁור Canticum in quo nō uenit litera rhythrica nisi in fine cuiuslibet בְּזַעַם

Decimum שִׁיר חַחְרִיזִי Et est Canticum in quo semper litera rhythrica posuitur in fine cuiuslibet ut רַחַת

אחר בְּלֵי רָאשִׁית חַבְלָן בְּלֵא תָּנוּר : דא 5 p

INSTITVTIO HEBRAEA

אָרֶן חֹוָא מְחוּולֵל עַל בָּרוּא שְׁמַע לְחִגּוֹרָה
Et sunt hæc metra de nono genere me-
trorum.de quo infra patebit.

Vndecimū **שיר בְּחוּלָךְ** carmen.s.
in cuius בְּחוּלָךְ ueniunt plures pselkim,id
est,pausæ,& in qualibet pausa est litera
rhythmica.Et sic cœtauit filius Gibirol:
שְׁמָעוּ רְכִבְיָה בְּעוֹנָה הַיָּה בְּמַאוֹר גַּעֲנָה

וַיַּרְא חָאֵל וְמוֹנָה זְכֻרִיב חַרְשָׁרִים
Fiuit aut̄ rhythmi in fine aliquā simplici
litera,qñq̄z duplicata,& aliquā triplicata.

Duodecimū **שיר עַזְבָּר** carmē.s.mē-
tricū, in quo ult.tantū litera rhythmicā
modulationē seruat. ut si primū metrū
finiatur in אָזְבָּר secundum in גַּהְמָר
tertiū in אָבָּר &c.

Tredecimū ubi.s.in quo-
libet rhythmo ponuntur duas literæ sibi
inuicē respōdentes . ut si in Cātico quo-
piam primus rhythmus fiat in שְׁמָעוּ
secundus in לְקָמוֹר tertius in לְאַמוֹר &c.
ubi

AVTORE SEBAST. MVNST.

ubi mem & res ubiq̄z sunt similes.

Decimum quartū **שיר מְשֻׁבָּח** car-
men.s.in quo tres.literæ posteriores in
rhythmū aptātur.ut si in primo ponat
שְׁבָרִים in secūdo אֲבָרִים in tertio
Indoctiores tñ Hebraei nō semper eas-
dem in rhythmō ponūt literas, sed etiā
eas quæ in prolatione affinitatē quan-
dam habēt uocalem. ut si in fine rhyth-
mi primo ponatur צִוָּה secūdo
Aut si מְצָא & בְּסָח in rhythmū dispo-
natur. Verū docti id reprobāt. Admit-
tūt tamē quod id fieri possit in uocibus
propinquis,ut sunt holem & surec.&c.

Genera metrorū apud Hebraeos
decem & octo inueniuntur.

Primū genus metrorū,est car-
men simplex in quo non po-
nitur scheua mobilis. ut

אֲשֶׁר אָבָּת שָׁׁמְעָץ לִי :

לְשָׁׁקָד עַל בְּלָתָותִי וּמְנוּמָה :

Secundum,est cōpositum ex יְמָר &

INSTITVTIO HEBRAEA

quatuor syllabis. ut :

בָּרוֹד חַסְיָר אֲנִי : וְחַבְחֵיל בְּעִזּוּנִי :
בְּשַׁח בְּיַ וְלִשְׁוּנִי : אֲסֻוּרִים בְּזַקְוִים :
Et de hoc genere est carmen quod ponitur supra in undecimo uocabulo.

Tertium est compositum ex & quatuor syllabis : item ex יְהָר atque duabus syllabis. ut :

